

CLARISSIMO VIRO

DOMINO D. RENATO BROCHARD,

DOMINO DES FONTAINES ETC. IN PRAESIDALI

PICTONUM CURIA INTEGERRIMO SENATORI,

AVUNCULO SUO PRAECIPUE OBSERVANDO.

RENATUS DES-CARTES I. V. Q. LICENTIATUS, S. P. D.

Questo testo, contenente la [JRA-Ca-Fee 125-131]

Renato Brochard è il zio materno di René Descartes, che lo sopravvisse fino al 1660.

Dunque è un droit che René Descartes tentò di difendere, con l'aiuto del suo zio.

Iuvat integros accedere fontes. Atque haurire: iuvatque novos decerpere flores. fortuitamente scoperto nel 1981 negli Archivi

Parlamentares de la Vienna. Poco dopo è stato poi pubblicato nel 1987.

Quinimo cum ad te configiam (avuncule mihi plurimum observande) *ad ipsummet integratatis fontem commodum me pervenisse existimo: ubi non solum fragrantissimis gloriae tuae floribus decorabor, – Sic ut nihil ipse futurae Laudis agam. Sed ipsam quoque adolescentiam meam crudam adhuc et viridem, si dulcissimis virtutis tuae fontibus irrigetur, florere aliquando posse non despero. Sicut enim prata mollia, | quo foelicioribus aquis imbuuntur eo magis daedala florum pulchritudine cumulantur: Sic certe humana ingenia eo magis florent quo dulciores scientiarum virtutis que haustus ebiberunt. Quod cum ipse dudum curiosa foelicitate cognoverim: pene a tenero aetatalae vagientis exitu, uda adhuc lacteo altricis rore labella nectareis liberalium artium fontibus applicavi. Et primo quidem, leniter obstrepentis undae blandienti susurro mirifice delectatus, mellifluos poeticae latices haurire gestiebam: mox graviorem strepitum, vocesque torrentis ad instar recurrentes admiratus, latiora eloquentiae flumina cupidissime sitiebam. Neque vero his, quae scilicet sciendi sitim dant potius quam sedant, ullo modo satiatus: Ipsum denique scientiarum aequor vastissimum | atque ex illo rivos omnes quam uberrime diffluentes sagaci sedulitate perquirebam. Non quidem tam ambitiosa elatus insania, ut de tenuitatis meae captu non cogitans vel unicum alicuius disciplinae rivulum penitus exhaurire me posse arbitrarer, sed aliquem praeceteris electurus, cuius rore dulcissimo sitis ingenii mei leniretur in posterum, cupiebam omnes experimento dignoscere. Neque me lassavit unquam tam laboriosa curiosità*

1988, pp. 123-143; ma cfr., sullo zio del filosofo, JRA-VC-FEE, p. 133-137.

* Più nei dettagli: cfr. JRA-VC-Fee, p. 133-134.

† Cfr. JRA-VC-Fee, p. 133-135.

* Curatela e note di GB, SA; traduzione di SA; revisione di GB, IA; revisione di JRA, VC.
¹ Si tratta di René Brochard, zio materno e padrino di Descartes, di cui è questione in A Picot, 1 settembre 1648, B 667, p. 2585 (AT V 227). Altre notizie su questo personaggio in JRA-Ca-Fee, pp. 135-137.

tas, donec ex te tandem adeo puros virtutum eruditionisque fontes scaturire perspexi, ut exinde caeteros fastidire, illosque dumtaxat tuos aestimare sectarique coepерim, hoc est (ne sermo forsitan meus incedat quasi per nebulam) te unum ex omnibus admirandum mibi imitandumque proposui. Tanta enim est vitae tuae puritas, tanta morum integritas, congressus suavitas, doctrinae libertas, virtutis claritas: ut nihil amplius ad fontis amoenissimi complementum possit exoptari. Quid enim? anne ut leniter obstrepat, – Et obliquo laboret Lympha fugax trepidare rivo? Cum scilicet istos virtutis tuae fontes, gratissimo famae murmure circumfluos, etiam obliquae invidorum mentes cogatur admittere. Neque me tamen illa praecipue, nec uberis undae puritas argentea, nec arenae divitis splendor aureus, tantopere ad se pelleixerunt. Sed apparuit hic mibi Nympha pulcherrima, non Artemis, quem viderat olim infoelix Actaeon; sed Themis, quae me quoque verum disparili prorsus ratione transmutavit, quippe non efferavit in cervum, ut semel conspectae praesentiam in posterum meticolosa celeritate devitarem: Sed ingenita prius libertate ferocietem cicuravit in servum, ut se perpetuo vitae meae tempore incensa cupiditate persequerer. Cum vero nunc praecipue me eius amatorem cultoremque non indignum testari desiderem, te sane non immerito, in cuius puris fontibus, quasi in sacrario suo residet, placuit conuenire; ut tam amabilis Deae gratiam mibi benivolentiamque conciliare digneris.

THESES EX UTROQUE IURE DE TESTAMENTIS ORDINANDIS

1. Testamentum generaliter definiri potest, ultimum elogium, quo datur hereditas.
2. Huius summa divisio, nec vulgo satis observata, est in illud quod iuris civilis est, et illud quod iuris gentium. |
3. Hoc enim a privata cuiuslibet dispositione vires accipit;
4. Illud ab autoritate publica.
5. Hoc sola voluntatis sufficienti declaratione perficitur:

⁴ Orazio, *Odi*, II, 3, 11-12, ma: «Quid obliquo laborat [...]. Il medesimo errore di citazione nel *Corpus omnium veterum poetarum latinorum*, 2 voll., Lugduni, in officina Hug. A Porta, sumptibus Ioan. Degabiano et Sam. Girard, 1603, opera menzionata in *Olympica*, B Op II 883 (AT X 182). Cfr. JAR-Ca-Fee, p. 127, nota n. 18.

⁵ Dea greca, figlia di Zeus e di Leto.

⁶ Mítico eroe greco, figlio di Aristeo e della ninfa Cirene. Morì, secondo una delle versioni del mito, sbranato dai suoi cani, punito da Artemide per avere osato guardare la dea nuda mentre si bagnava in un fiume.